¶ Tertiodecimo ſm phm̄.ij.ethicoꝝ virtus generaẗ ex actibus frequenter iteratis, ergo virtus acquiriẗ per generationē ⁊ per conſequens per motū. Nec valet dicere ꝙ virtus ſit ad aliquid qꝛ nullū abſolutū eſt ad aliquid ſed omne qđ eſt in predicamento quaлitatis eſt abſolutū. Itē per ſecundā regulā ante ꝑdicamētalē nihil poteſt (vt hic dicit. S.T.lec.v.) eſſe in diuerſis predicamētis. Item ſanitas eſt in tertia ſpecie ergo ad eā eſt motus. Antecedens patet qꝛ eſt qualitas ſenſibilis. Nam egritudo ſentitur ab infirmo ⁊ a medico perpulſum. Forte dicis ꝙ egritudo ē de tertia ſpecie cum nihil aliud ſit q̄ ipſe qualitates prime. Ex hoc ſequiẗ ꝙ ad eam eſt per ſe motus qđ eſt contra phm̄ hic. Item qualitates prime nō ſunt ad aliquid. Forte dicis ꝙ ſanitas eſt qualitas diſtincta a qualitatibus primis. Contra remoto omni accidente ponendo ſolum qualitates primas debite proportionatas animal eſt ſanū ergo ſanitas nihil dicit preter primas qualitates. Item tunc daretur mediū inter ſanum ⁊ egrum qꝛ pono ꝙ ſanitas continue remittatur vſq; ad primum inſtans non eſſe. Tunc in illo inſtanti illud animal non eſt ſanum. vt patet. Nec egrum qđ probatur qꝛ egritudo non fit niſi in tempore ergo in illo inſtanti non eſt egritudo. Antecedens patet qꝛ egritudo ſequitur qualitates primas q̄ ſucceſſiue fiunt ⁊ corrumpuntur.

¶ Quartodecimo aliquis poteſt fieri magis virtuoſus ergo eſſe virtutis non conſiſtit in indiuiſibili ergo ſuſcipit magis ⁊ minus ergo ad eam poteſt eſſe per ſe motus. Forte dicis ſicut dicit cōmentator ꝙ oīs ꝑfectio eſt indiuiſibilis ⁊ ſimplex ſed nihil ſimplex et indiuiſibile eſt alteratio vel motus ergo ſm virtutem non eſt alteratio. Et per conſequēs nec ſm maliciam Contra hoc arguit. S.T. lec.vi. Quis eñ perfectio aliqua ſit ſimplex ⁊ indiuiſibilis recedere tamen a ꝑfectione non eſt ſimplex ⁊ indiuiſibile. Et ideo dat aliam rationem. S.T. quare ad virtutem vel ſcientiam non eſt per ſe motus qꝛ ſcꝫ ſubiectum per iſta perficitur. Contra grauia per ſe mouentur ad ſua loca naturalia licet ab eis perficiantur animalia etiam parua augentur ad quantitatem per quā perficiunẗ Item per vicium anima non perficitur ergo acquiſitio eius erit motus. Forte dicis ꝙ ſcientia eſt nobis innata ⁊ ideo non generatur in nobis vt dicit philoſophus hic T.C.xx. Contra hoc eſt platonizare ⁊ nō eſt veruꝫ ſm peripatheticos ſm quos intelligere eſt quoddam pati vt dicitur in tertio de anima ergo intelligere eſt alterari.

¶ Quintodecimo aliqua eſt tranſmutatio ad intellectionem vel viſionem ⁊ illa non eſt terminus alterius tranſmutationis ergo ad iſta eſt per ſe mutatio Antecedēs patet quia non ſemper aliquid caleſit qñ videt vel itelligit. Similiter poteſt argui de ſono ad quem eſt per ſe motus cum ſit de tertia ſpecie qualitatis licet non per ſe terminet motum.

¶ Sextodecimo ad ea q̄ ſunt in parte ſenſitiua anime eſt alteratio ſed temperātia ⁊ fortitudo virtutes ſunt in parte ſenſitiua anime igitur maior patet ex S.T.lec.vi. qꝛ ad paſſiones eſt alteratio. ſed in parte ſenſitiua aīe ſcꝫ in concupiſcibili ⁊ iraſcibili ſunt paſſiones ſcꝫ delectatio ⁊ timor igiẗ quidā dicunt ꝙ in iſtis nō eſt motus phiſicus ⁊ ſic euadunt oīa argumenta ſed mirū eſſet hoc phi. nō dixiſſe ſi hec ſolutio ſufficeret. Item q̄ritur cauſa quare cū iraſci ſit proprie pati ex. S.T.xij. quare nō eſt proprie motus cuꝫ ponatur in diffinitione paſſionis. q.xxij. quidā dicit ad virtutē nō eſſe motū qꝛ ſunt in indiuiſibili contra vicium contingit multis modis ⁊ vnus eſt virtuoſior alio. Item virtus ⁊ viciū non ſunt cōtraria immediata ergo inter ea eſt motus añs patet qꝛ tunc vicioſus in inſtanti ⁊ valde cito fieret virtuoſus quia per te nō fit ſucceſſiue aut per motum virtuoſus.

¶ Decimoſeptimo arguiẗ ꝙ ad quartā ſpeciē qualitatis eſt per ſe motus qꝛ figura in aliquo acquiritur de nouo qꝛ cera rotūda poteſt fieri quadrata ergo ibi eſt mutatio ⁊ non niſi alteratio igitur. Itē ad qualitates ſenſibiles eſt alteratio: ſed figura eſt huiuſmodi igiẗ. Item ratio quare ad figurā non eſt per ſe motus eſt qꝛ non ꝑdicantur de ſubiecto ſed eodē modo probaretur ꝙ ad tertiā ſpeciē qualitatis non eſt per ſe motus qꝛ albedo non ꝑdicatur in recto de ſuo ſubiecto. Forte dicis ꝙ diciẗ de ſubiecto in concreto. Cōtra ſic etiā eſt de figura. Itē ad albedinē eſt ꝑ ſe motus ⁊ tñ albedo nō eſt per ſe terminus motus qđ ſic ꝓbatur qꝛ albedo eſt qualitas ſecūda ergo acquiriẗ ꝑ alterationē factā in qualitatibꝰ primis ꝓpter hoc ei vocaẗ qualitas ſecūda ergo dato ꝙ figura nō ſit ꝑſe terminus motus nō ſequiẗ q̄n ad figurā ſit ꝑ ſe motꝰ

¶ Decimooctauo arguiẗ ꝙ ad ſecundā ſpeciem qualitatis eſt per ſe motus qꝛ rarum ⁊ dēſum ſunt de ſecunda ſpecie ⁊ iſta acquiruntur per motū rarefactionis ⁊ condēſationis. Forte dicis ꝙ raritas ſequitur motum calefactionis ⁊ ideo non per ſe terminat motum. Contra in celo eſt raritas ⁊ tamen ibi nō eſt calefactio. Item cōmenta. dicit ꝙ ad duriciam ⁊ moliciem eſt per ſe alteratio. Item rarefactio eſt motus qui per ſe terminatur ad qualitatē ⁊ non niſi ad raritatem igitur. Maior patet quia per rarefactionē res aliter ſe habet q̄ prius.

¶ Ad primum dicitur ꝙ rethe alteratur alia alteratione q̄ ſtupore cuius non eſt capax. Ad aliud putāt quidam vetulas ſemper vti incantationibus vel arte demonum. Sed baſilicus etiam inficit in corporali diſtantia. Dicendum ergo ꝙ in talibus etiam alteratur medium. Sed de hoc in de celo. Si enim agant ꝑ demones tunc demon ſimul eſt cuꝫ eo quod mouetur de hĳs. S.T.1.parte.q.117.ar.3.2.S.T.de ma.q.16.ar.9.13.

¶ Ad ſecundum dicitur ꝙ virtus que eſt in ſemine patris eſt ſimul cum genito de hoc. S.T.i.parte.q.cxviij.ar.i.ad.iiij. Quidam dicunt ꝙ homo mortuus cuius virtus manet in ſemine non efficit hominem genitum quia non eſt tamen eſt cauſa efficiens eius Sed de hĳs in ſecundo. Ad aliud negatur maior qꝛ tunc aliquid generaretur ex non ente. Item mixtum eſt ꝑfectius elementis ergo non eſt ab eis effectiue.

¶ Ad tertium in quo galienus ⁊ commē. ſibi contradicūt dicitur ꝙ ſiue principium ſit caput ſiue cor iſtis depoſitis remanet virtus a qua fit motio. Et de hoc in ſecundo de anima.

¶ Ad quartum negatur conſequentia vide in quinto phiſicorum.

¶ Ad quintum dicitur ꝙ hic loquimur de alterante totali. Et tunc dico ꝙ nihil agit in remotum niſi agat vel egerit in propinquū vel aliq̄d ſibi ſimile egerit.

¶ Ad ſextum dicitur ꝙ angelus eſt in loco per operationem. Et ad aliud dicitur ꝙ mouens ſm ſuam virtutem ſemper eſt cum moto non autem ſm ſe.

¶ Ad ſeptimum dicitur ꝙ ferruꝫ per ſe mouetur ad magnetem. Accidit autem ſibi vt ſic ꝙ hoc ſit ſurſuꝫ